

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365> | LOG_0046

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

SES EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

*Olus squillarum. Sajor udang.**Garnalen Moes.*

Hæc herba sese non erigit, mox enim ex radice varii sese dividunt caules in orbem, terræ plane incumbentes, rotundi & glabri, qui in articulos distincti sunt, tres quatuorve transversales digitos distantes. Hisce articulis bini alii adstant caules oblique vel cruciatim locati, qui sese parum erigunt, inque breviores articulos distincti sunt. Cuivis autem articulo bina adstant folia sibi obposita, atque in ipsorum alis quædam alia minora, quæ sensim novum formant caulem, ita ut hæc herba caules emitat plurimos irregulares, magnum occupans locum.

Folia ejus oblonga sunt & angusta, ab utraque acuminata parte, sesqui & binos pollices longa, minimum digitum lata, superius glabra & obscure virentia, inferius paucas gerentia obliquas & protuberantes costas, oris æqualibus. Exceptis majoribus, in quibus dentes quidam minores conspiciuntur, ubi costæ nempe desinunt, saporis fatui & cænosi quasi, instar aquæ nempe stagnantis. In alis superiorum foliorum capitulum locatur ex flavis constans flosculis, qui tamen nil sunt nisi albicantes apices, seu squamulæ, fere uti in albo *Sajor bajang*, sed haud majores sunt Piso, hi apices diu eandem servant formam, sed tandem abeunt in pappum sine semine.

Radix primaria primo simplex est, crassiuscula, dein sese dividit in longas ramificationes ac raras fibrillas, quæ transversaliter per terram decurrunt. Cuncti articuli terram tangentes in eam radículas inmittunt, ita ut ubique terræ superficiei adhæreat.

Alia hujus occurrit varietas, minora, angustiora, & crassiora gerens foliola, cum Portulacæ silvestri quodammodo conveniens, ejusdemque fere saporis, hæc non tot producit laterales ramulos, sed plura & magis albescentia capitula loco florum, per terram itidem prorepat, & ubique fibrillas emittit, ipsius succus obscure viret & nigricat quasi.

Nomen. Latine *Olus squillarum*; juxta Malaiensæ *Sajor udang*, h. e. *Squillarum herba*, quidam etiam hanc vocant *Sajor Bengala minor*, ad distinctionem majoris, quod est *Ganja hortensis*, libro octavo descripta. Aliis *Daun ruffa*, h. e. *Cervi folium*, quum hi hoc amant depascere folium.

Locus. Amat crescere in humilibus & humidis locis, ubi aqua pluvialis stagnat, in hortis nempe & arvis, ubi depressum & cænosum est solum.

Ufus. Tota decerpitur herba, & cum siccatis squillis in olus coquitur, vel sola etiam instar Portulacæ silvestris. *Cervi juniores*, qui in ædibus educantur, hanc quoque amant depascere. Naturæ est refrigerantis cum levi adstrictione, seu exsiccantis, fere instar Portulacæ albæ, cum hac quoque caput lavatur, unde refrigeratur, & niger capillitii color servatur; Unde & multi hanc congenerem habent *Daun sipat* infra descripto.

Tabula Decima Quinta

Ad Figuram primam exhibet *Olus squillarum*.

Figura secunda *Agrimoniæ* exhibet *Moluccam*, quæ est *Bidens latifolia*, hirsutior semine angustiore radiato. *Dillen. H. Eltham. pag. 51. Tab. 43.* & *Bidens corona* seminum retrorsum aculeata, feminibus undique patentibus. *H. Cliff. p. 399.*

Dit kruid verheft zig niet overeind, want straks van de wortel verdeelen zig verscheide steelen in de rondte, plat ter aarde leggende, rond en glad, maar dezelve zyn in leden verdeelt, drie en vier dwersvingeren van malkander. Aan deze leden staan twee andere steelen, regt dwers of in 't kruis, en die verheffen baar wat overeind, en zyn in korter leden verdeelt. Aan ieder lid staan twee bladeren tegens malkander, en in dezelve schoot nog eenige andere kleindere, die met 'er tyd een nieuwen steel maken, zoo dat dit kruid met zyne steelen zeer ongeschoeit en verwerd groeit, een groote plaats beslaande.

De bladeren zyn langagtig, en smal, agter en vooren toegespitst, anderhalve en twee duimen lang, een pink breed, boven glad, en doods-groen, beneden met weinige schuinse ribben uitpuilende, en effene kanten. Behalven aan de grooten ziet men eenige kleine tanden, daar de ribben eindigen, laf en modderig van smaak, als staande of poelwater. In den schoot der bovenste blaadjes ziet men een knopje staan van geschokte bloempjes, die dog niets dan witagtige spitsen of schubbekens zyn, schier als aan 't witte *Sajor bajang*, dog niet boven een erwete groot: deze spitsjes blyven lang in een wezen, en verstuiven eindelyk zonder zaad.

De hoofdwortel is eerst enkeld, dikagtig, daar na verdeelt ze baar in lange takken, en weinige vazelingen, die dwers in de aarde loopen. Alle knietjes, die de aarde raken, schieten ook worteltjes daar in, zoo dat het overal aan den rijch der aarde vast hangt.

Het heeft nog eene verandering, met kleiner, smaller, en dikagtiger blaadjes, met de wilde *Porcelyn* eenigzints overeen komende, ook schier van de zelfde smaak: deezee heeft zoo veele zydetakken niet, maar meerder en witter knopjes in plaats van bloemen, kruipt ook langs de aarde, en wortelt overal in; baren sap is donker-groen en zwartagtig.

Naam. In 't Latyn *Olus squillarum*; na 't Maleitsæ *Sajor udang*, dat is *Garnalen-kruid*; zommige noemen 't *Sajor Bengala* 't kleine, tot onderscheid van 't groote, 't welk is de *Ganja hortensis*, in 't agtste boek beschreeven. By anderen *Daun ruffa*, dat is *Herte-blad*, om dat die 't gaern afweiden.

Plaats. Het wast gaarn op lage en vogtige plaatsen, daar 't regenwater staan blyft, in de tuinen en erven, daar 't laag en slikkerig is.

Gebruik. Het geheele kruid werd geplukt, en met drooge garnalen tot moes gekookt, of ook wel alleen, gelyk de wilde *Porcelyn*. De jonge bertebeesten, die men opvoed in de huizen, zyn 'er ook graag na om af te weiden. Het is verkoelende van eigenschap, met een kleine adstrictie, of opdroginge, schier als witte *Porcelyn*; men gebruikt het ook om 't hoofd mede te wassen, 't zelve te verkoelen, en de zwarte couleur des bairs te bewaren, daarom 't veele voor een geslagt houden van het *Daun sipat*, hier na beschreeven.

De Vyftiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Garnale-kruid*.

De tweede Figuur wyft aan de *Molukse Agrimoniæ*, welke is de breedbladige, ruigere *Bidens*, met een naauwgernt zaad, van *Dillen*. in de *H. Eltham. pag. 51. Tab. 43.* en de *Bidens* met een kroon van 't zaad, na agteren gehaakt, met zaden, van alle kanten gapende, in de *H. Cliff. p. 399.*